

Carminum fragmenta

Helvius Cinna

1

nec tam donorum ingenteis mirabere acervos  
innumerabilibus congestos undique saeculis,  
iam inde a Belidis natalique urbis ab anno  
Cecropis atque alta Tyrriorum ab origine Cadmi.

2

lucida cum fulgent summi carchesia mali

3

atque anquina regat stabilem fortissima cursum

4

atque imitata nives lucens legitur crystallus

6

te matutinus flentem conspexit Eous  
et flentem paulo vidit post Hesperus idem

7

at scelus incesto Zmyrnae crescebant in aluo

9

at nunc me Genumana per salicta  
bigis raeda rapit citata nanis

10

somniculosam ut Poenus aspidem Psyllus

11

haec tibi Arateis multum invigilata lucernis  
carmina, quis ignis novimus aetherios,  
leuis in aridulo maluae descripta libello  
Prusiaca uexi munera navicula.

12

. . . miseras audet galeare puellas

13

Alpinaque cummis

14

saecula permaneat nostri Dictynna Catonis